Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94011-p0001-5

42

NOBILISSIMÆ ATQUE ORNATISSIMÆ

FOEMINÆ
MARIÆ CATHARINÆ
ALEXANDRÆ,

EXCELLENTISSIMI AC NOBILISSIMI

DOMINI
DN. JOHANNIS SAMUELIS
STRYKII,

J. U. D. ET PROFESSOR. PUBLICI ORDINARII,

CONJUGI LECTISSIMÆ

cum

ANNO MDCC. DIE NOVEMBRIS XXVI.

Solennibus honoraretur exſequiis,

hoc monumentum

humillimè ponere debuit ac voluit,

JOHANNES JACOBUS LÜEDECKE
LL. CULTOR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94011-p0002-1

* † *

OMnis hujus vitæ ultima linea eſt
mori.
Sive Reges, ſive inopes,
Sive Mares, ſive fœminæ,
Sive ſenes, ſive juvenes
ſimus.
Non nobilitatis inſignia, nec ſenectutis gravitas,
aut juventutis teneritas,
ullam afferunt moram morti indomitæ.
Semel calcanda hæc via mortis,
quæ
infantibus felix, juvenibus acerba,
ſenibus nimis ſera contingit.
E terra in terram
urnis hodie conditur
NOBILISSIMA ET SEXUS SUI VIRTUTIBUS
ORNATISSIMA FOEMINA
MARIA CATHARINA
ALEXANDRA,
EXCELLENTISSIMI ATQUE NOBILISSIMI
DOMINI,
DN. JOHANNIS SAMUELIS STRYKII,
D. PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII,
Conjux ſelectiſſima,
a latere ſocia, ex oculis cariſſima, é pectore anima.
O pergrave vulnus, quod graviſſimo Tuo pectori inflixit Deus!
Quis TIBI marito lugere in hoc tam triſti caſu prohibeat?
Merito nunc
ad mœrorem TUUS animus,
ad lacrymas oculi,
ad perturbationem caput
perducitur.
Sed,
etſi hoc admodum grave,
magno fomento tamen ratio TUA temperabit,
leniet patientia.
Certo enim rationi TUÆ conſtat,
Cariſſimam TUAM
ex turbidis ad clariora,
ex pravis ad puriora,
ex triſtibus ad lætiora,
iviſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94011-p0004-2

Abſterge igitur lacrymas, & aperi lætitiam,
Diſcute mœrorem, & læta in ejus letho conſidera,
Tempera Tibi à luctu, & bono rurſus ſis animo.
Denata quippe in cœlo renata,
Vivere hæc incepit, dum vivere deſiit,
&
amara hujus mundi relinquens dulcia cœlorum gaudia, tamdiu
deſiderata nunc
tenet, habet, poſſidet,
feliciter, largiter, conſtanter.
Triſtitia ergo cum gaudio permiſcetur.
Coronam amiſiſti, meliori corona coronatam.
Si tamen adhuc quid doloris Tibi ſupererit,
quod ratio lenire non poterit,
leniat patientia,
nulla flexibilis fortuna.
Deus dedit, Deus iterum recepit.
Jactura fuit momentanea.
Pluribus annis conjugem habuiſti mortalem,
nunc inpoſterum habebis immortalem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94011-p0006-3

NOBILISSIMÆ ATQU…

FOEM…

MARIÆCAT… …Æ

ALEXA…

EXCELLENTISSIMI…

DOM…

DN. JOHANN… …IS

STRY…

J. U. D. ET PROFESSOR. …

CONJUGI LI…

cum…

ANNO MDCC. DIE …

Solennibus honora…

hoc monu…

humillimè ponere …

JOHANNES JACO… …KE

LL. CU…

HALÆ MAGL…

Typis JOHANNIS GRU…

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-94011-p0007-9